

ADDITIONES.

**D**ixi supra.] Adde Gabr. titul. de legit. conclus. 1. Gouean.

**b** A ratione reddenda.] Adde, quod tutori non predest testatoris prohibitio de no reddenda ratione, si quid ex dolo fecit, Bar. consil. 68. lib. 2. & Dec. consil. 178. dicit communem opin. esse, etia si dictum sit per testatorem, quod non teneatur reddere rationem, & quod omne in quo fuerit condemnatus, vult per heredem sibi restitui, vide Alciat. in trac. de presumpt. reg. 1. presumpt. 6. nu. 2. Guot.

**A** ratione reddenda.] De ampla atque larga administratione reddenda legata tutori, vel administratori, vide plene per Dec. consil. 1. 8. vbi docet cautelam, & in consil. 192. post. num. 3. Et per Crauer. in consil. 195. col. 4. & consil. 230. Et quod non possit omnimoda rationum redditio, & reliquorum prelatio remitti tutoti, sed solum scriptulosa inquisitio quo ad culpam, non quo ad dolum, vide per praet. Papien. tit. tutel. ratio analogitas, & illic per Masuer. Et quod tutor cui legata est liberatio, in assignando tutelam si promiserit reddere rationem integram, quod non censetur renunciaisse legato, vide per Alex. in consil. 164. lib. 5. & quod ratio semel reddita haud sit de nouo reddenda, vide per Caphal. in consil. 192. Nisi minus plene, & sufficienter reddita, & calculata fuerit, &

QVÆST. LXXIII.



**V**ero nunquid testator possit prohibere si lio alienationem suam legitimam?

**a** dixi supra, hoc eodem lib. §. legitima.

**2** Item quæro, an possit testator legare administratori, vel tutori liberationem à ratio-

calenli error allegetur. Et sequuto pacto de non obseruando, an & quando possit pretextu erroris reuocari, vide de his omnibus per Tob. Noni cont. 64. per tot. Giach.

**1** An possit testator legare administratori, vel tutori liberationem à ratione reddenda.] Addendum hoc loco primum: generali liberatione tutoribus, curatoribus, ceterisque alienarum rerum administratoribus, legata, non intelligi comprehensa ea, quæ actione reali vindicari possunt, l. Aurelius, 28. §. Mæuia. 4. vbi glo. Bart. Alberic. de Rosar. & Doct. communiter, ff. de liberat. legat. Michael Grassus lib. 1. recept. sent. §. legatum, quæst. 40. nu. 4. Treutler. vol. 2. disput. 13. lib. 4. lit. K. Ratio huius est perspicua: quoniam si ille, qui liberatur, ab obligatione liberati reputatur. At cum

**b** ne reddenda? dixi supra, hoc eod. §. legatum.

**3** Sed quæro, nunquid testator possit prohibere heredi, ne detrahat Falcidam? Resp. quod sic. Tex. est in Auth. sed cum testator, C. ad Falcid. & est communis opin. vt dicit Io. Annib. in repet. d. l. nemo potest n. 191. ff. de l. 1. & in hoc nemo dubitat.

**4** An autem possit prohibere detractionem Trebellianicam vel legitimam? dixi supra q. 62. & seq. & q. 72.

actione in rem quis conuenitur: non vt obligatus, sed vt possessor in iudicium vocatur, l. officium: 9. ff. de rei vindic. l. vnic. C. de alienat. iud. mutand. caus. fact. Deinde & illud addendum: eo casu, quo si quis à reddenda rationibus liberatur, non videri reliquorum solutionem remissam esse: multo minus id, quod dolo consumptum & neglectum esse, probari potest, l. si quis rationes 9. l. Lucius 12. d. l. Aurelius. 28. §. Titius, ff. de liberat. legat. l. tres fratres, 35. ff. de pact. Grassus d. §. legatum, q. 40. n. 5. Alciat. de presumpt. reg. 1. c. 6. Couar. lib. 2. var. resol. c. 14. n. 1. cum seqq. Gomez. to. 1. var. resol. c. vlt. num. 83. Schneidevvin. ad §. si quis debitori 13. num. 2. & ibid. Heigius nu. 9. Instituit. de legatis. Harprec.

- 2 Et quid in successione vniuersali.
- 3 Et an eo casus redudatur ad causam intestatis. Ex Additionibus.
- 1 Ius accrescendi vnde descendat.
- 2 Ius accrescendi quare introductum.
- 3 Ius accrescendi dicitur tacta quedam substitutio.

QVÆSTIO LXXIV.

SVM MARIA. Ex Claro.

1 Testator an possit prohibere ius accrescendi.

ADDITIONES.

QVÆST. LXXIV.

**N**unquid testator possit, & c.] Vtilior, & fructuosior est illa questio an ex tacita, vel expressa testatoris mente prorogari possit ius accrescendi, ita vt post aditam hereditate, vel agnitum fideicommissum locum habeat, quam in reu. vide Aret. in l. si minor ff. de acq. her. & in leg. re coniuncti. Iaf. num. 185. Crot. nu. 147. Ripa num. 172. Gouean.

**N**unquid testator possit in suo testamento prohibere ius accrescendi.] Hic addendum, ius accrescendi principaliter prouenire ex legis dispositione: secundarie vero ex tacito testatoris iudicio, seu tacita, & coniecturata voluntate defuncti: & ideo introductum esse,

**Q**uæro nunquid testator possit in suo testamento prohibere ius accrescendi? Hac est trita questio, sed non ab omnibus bene intellecta. Scire igitur debes, quod ius accrescendi potest dupliciter considerari, scilicet in particulari, & in vniuerso. In particulari habet locum ius accrescendi, puta, inter legatarios, quando sunt inter se coniuncti, iuxta notata in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. quia altero repudiante, illius portio alteri accrescit, de quo dixi supra hoc eod. lib. §. ius accrescendi. In vniuerso autem considerari potest ius accrescendi inter ipsos institutos: quia si alter heredum repudiat hereditatem, vel decedat priusquam adeat, illius portio ac-

crefcit cohæredi: vt habetur per Doct. in Rub. C. quando non peten. part. & dixi in d. §. ius accrescendi & hoc casu proccedit ius accrescendi, non solum inter institutos in quota parte hereditatis sed etiam inter institutum in re certa, & heredem vniuersalem. Nam si hæres vniuersalis repudiet hereditatem, vel decedat priusquam adeat, tota hereditas accrescit instituto in re certa vt latius dixi sup. hoc eod. lib. §. institutio. Si ergo queris, nunquid testator possit prohibere ius accrescendi, est distinguendum. Nam aut loquimur in iure accrescendi, quod versatur, circa particularem successione, prout est in legatis, & in fideicommissis etiam vniuersalibus: & in illis potest testator prohibere ius accrescendi, siue expresse, siue etiam simpliciter, prohibendo, ne plus petere possit: & eo casu, si coniunctus repudiet legatum, vel fideicommissum, accrescet heredi instituto, & hic

ne testatorem pro parte testatum, pro parte intestatum decedere contingat contra l. ius nostrum, 7. ff. de reg. iur. Hinc est, quod si ius accrescendi dicitur tacta quedam substitutio. Et ita commune vbiq; se habere sententiam, testatur Alcia. lib. 4. paradox. c. 8. Emanuel Soarez. in addi. ad Gomez. to. 1. varia. resol. c. 3. nu. 34. hosque citans. Michael Grassus lib. 1. recept. sent. §. seqq. vbi istam materiam latissime persequitur: deque illa nonnihil attulimus ad §. si eadem res. 8. Instit. de legatis. Harprec.

casus

casus apud Doctores nullam habet difficultatem.

**2** Aut vero loquimur in successione vniuersali, & sic in institutionibus, puta, si testator instituat aliquem in re certa, & prohibeat, ne quid ultra petere possit, & contingat heredem vniuersalem repudiare, nunquid possit prohibere, ne reliquum hereditatis accrescat illi? Institutio in re certa, & vt detur, quod nullo modo id facere possit: quia si illud residuum non accrescit instituto in re certa, necesse est, quod deuoluatur ad hæredes ab intestato: & sic resisteret absurdum, quod scilicet institutus in re certa succederet ex testamento in ipsa re sibi relicta, in residuo autem succederent proximiores ab intestato: & sic resisteret absurdum, quod scilicet institutus in re certa succederet ex testamento in ipsa re sibi relicta, in residuo autem succederet proximiores ab intestato: & sic daretur casus, in quo aliquis decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus. Contra com. regulam iuris, de qua in l. ius nostrum, ff. de reg. iur. Breuiter, non videtur dubitandum in hoc, quod scilicet testator non potest prohibere ius accrescendi in institutionibus, & quod talis prohibitio non valet, quantum ad hoc, vt testator possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: quia hoc esset valde absurdum, vt siatim dixi. & in hoc omnes conueniunt, vt affirmat Dec. in d. l. ius nostrum, nu. 4.

Punctus est, vtrum prohibitio non valeat, quod ad hoc, vt ea non obstante, sit locus iuri accrescendi, & sic institutus in re certa habeat totam hereditatem: an autem prohibitio valeat, ita quod nihil accrescat ipsi in instituto in re certa, & consequenter testamentum annulletur, etiam quod ipsam institutionem in re certa, & res penitus redudatur ad causam intestati? Et in hoc varia sunt opin. Doct. Aliqui enim tenent, quod non obstante prohibitione, tota hereditas accrescat instituto in re certa: & hac fuit opin. Dyn. quam dicit esse communiter approbatam, Guliel. de Benedic. in 1. parte repet. cap. Raynutius, fol. 208. numero 272. Hanc etiam dicit esse

communem, Alex. in l. si quis priore, post nume. 9. ff. ad Trebell. Dec. in d. rubr. C. quando non pet. part. in 1. lectura, post num. 3. vers. Sed ista responsio, & in 2. lectura, nu. 21. Sapia in l. vnica, num. 61. Cod. quando non pet. part. Curt. sen. consil. 74. num. 3. quem refert, & seq. Soc. lum. consil. 111. num. 16. lib. 1. Crot. in repet. l. re coniuncti, nu. 16. & seq. Ripa in dicta l. re coniuncti, num. 34. Gratus consil. 58. num. 108. lib. 6. Apostil. ad Alex. consil. 162. sub num. 10. lib. 2. Contraria autem sententiam, scilicet quod imo talis prohibitio valeat, & consequenter, quod testamentum ipsum corruat, & res tota redudatur ad causam intestati, tenuit Bart. in l. quoties, §. si duo, num. 1. & seq. ff. de hered. instit. et hanc opinionem dicit communiter teneri, Corn. in l. quoties, num. 36. in fin. C. de hered. instit. quem refert Dec. in d. l. 1. n. 2. de testam. milit. Hanc opinionem dicit esse communem, Iaf. in dicta l. re coniuncti, & consil. 8. col. 9. vers. Decimo istud, libr. 3. quem refert D. Crauetta in suo elegantissimo tractatu de antiquit. rep. in 4. part. sect. 1. nu. 130. Vt vides opin. Dyn. contra Bartolæ, est proculdubio magis communis. Ego tamen considerabam, quod ius accrescendi dicitur prouenire ex tacito iudicio testatoris, vt latius dixi in dicto §. ius accrescendi. Prout etiam, vbi- cumque testator verbis ad id expresse conceptis prohiberet ius accrescendi, non dubitauerim sequi opin. Bartolæ, quia vbi expresse quid à testatore dispositum reperitur, illud debet preferri tacite eius menti, quæ ex coniecturis colligi possit. Pariter etiam vbi subessent coniecturæ aded liquidæ, vt aperte conijci posset, testatorē nullo modo voluisse quod talis institutus in re certa haberet residuum heredit. facile inclinare in sententia Bart. quia bonus Iudex semper debet amplecti in iudicando illam opin. quæ magis conuenit vcrisimili menti testatoris. Cōsulo tamen, quod de simili quis non recedat ab opin. Dyn. quæ magis fauet sustinendo testamento, & præterea (vt dixi) est magis communis, & ided in præf. sequenda.

QVÆSTIO LXXV.

SVM MARIA. Ex Claro.

1 Contractus an possit in testamento celebrari. Ex Additionibus.

- 1 Contractus an in testamento celebrari possit.
- 2 Nullus actus alienus testamento intermisceri debet.
- 3 Contractus, & testamentum actus sunt diuersi.
- 4 Differentia inter testamentum, & contractum.
- 5 Sententia l. cum antiquitas. 28. C. de testam.
- 6 Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.

ADDITIONES.

QVÆST. LXXV.

**C**ontractus.] Et de conuerso, quod substitutio in contractibus fieri possit, commune dixi in collect. mea commu. opin. verbo substitutio, num. 80. Giach. b Tenuit simpliciter quod sic.] Sed an reuocato Testamento isti contractus irriti reddantur, vide Dec. consil. 96. Rip. l. nemo potest n. 35. de leg. 1. Caph. consil. 61. nu. 31. volum. 1. Tiraq. de iur. mar. verbo, contra iter. gloss. 3. Gou. Tenuit simpliciter quod sic, & c.] Hanc sententiam, (quod scilicet in testame-

**V**ero, nunquid in Testamento possit celebrari contractus? Respon. Glos. vulgaris, quæ semper ad hoc solet allegari in l. hæredes palam. §. fin. in fin. ff. de testam. Et illam dicit esse communiter approbatam Paris. consil. 2. nu. 19. lib. 3. & consil. 46. numero 36. libr. 4. & dicit Rom. consil. 171. nume. 6. in fin. quod communis omnium sententia illam sequitur, quem refert Decius consilio 196. post numer. 1. vers. Ex quibus omni-

bus, & consil. 83. post numerum secundum versic. Verum supradictis, & Boerius decis. 353. num. 4. Didac. in rubr. de testamen. in 3. part. post nume. 37. Illam tamen intellige, vt procedat, quando conuentiones, & contractus, qui celebrantur in actu testamenti, non sunt penitus extranei, non ipso testamento, sed si essent contractus penitus extranei, non possent in ipso testamento celebrari. Ita declarant Doct. per me supra allegati: & hanc dicit esse communem sententiam Alexan. in l. 1. §. qui præfens. nu. 21. ff. de verb. obligat. Et ita tenet.

to contracto, celebrari possit) tanquam communiter approbatam, præter Doctores, quos Clarus hoc loco allegat, amplectitur Bartolus, Baldus, Angel. Ioannes ab Imola, Paulus Castrensis, Franciscus Aretinus, Ioannes Dautibus, & alij in l. hæredes palam. 21. §. vltimo, ff. qui testament. fac. poss. Cynus, Fulgofius, Salicet. Iafon, Albericus de Rosate, & Gilchenius ad l. cum antiquitas 28. C. de testamēt. Lorient. in apicib. iur. titul. de testamen. ordian. axiom. 25. Connan. lib. 9. Commentar. iur. ciuil. c. 2. num. 2. Ioan. Dilect. Durant. in tract. de arte testan. tit. 6. cautel.



cautel. 2. nu. 3. Michael Graffus lib. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 66. num. 2. Fernandus Vasquius de success. creat. & progress. libro 3. §. 23. numero 4. Duaren. in comment. ad tit. ff. qui testamen. fac. poss. in rubr. de nuncupatio testam. ver. quæstio hic tractatur, &c. Reusnet. in tract. de testam. part. 3. cap. 28. num. 7. cum seqq. Tiraquell. ad leg. connubial. gloss. 5. num. 101. ubi plures citat. Verum contrariæ sententiæ ad stipulantur Viglius in §. sed cum paulatim. 3. num. 5. Institut. de testam. ordinand. ibique Riccardus numero 207. Fachineus libro 5. controuers. iur. ca. p. 32. §. ego vero priorem, &c. Arum. Exercitat. Iustin. 7. thesaur. 18. & Matth. Stephani centuria secunda, quæstione 60. Pro cuius sententiæ confirmatione primo facit d. l. heredes palam. 21. §. fin. ff. qui testam. fac. poss. 2. Vbi aperte respondetur; nullum t. actum alienum, & a testamento diuersum, testamentum intermisceri posse. Contractu t. autem, & testamentum esse actus separatos, ac diuersos euincitur ex l. verba, contraxerunt. 24. ff. de verborum significatione. Idque clarius inde perspicitur; quod t. testamentum morte testatoris confirmatur, & ad vltimum vsque vitæ spiritum reuocari potest. l. quarta, ff. de adimend. vel transfer. legat. l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. contractus vero consensu perficitur, semelque initus retiocari nequit. l. in commodato. 17. ff. ff. commodati. l. si mandauero 22. §. vltimo, ff. manda. l. sicut §. C. de obligation. & actionibus. Deinde huc confert dicta lege cum antiquitas 28. C. de testam. vbi a regula, quod nulli actus extranei in testamento interuenire debeant, excipiunt solum exempla, quæ causa necessitatis continent. At t. exceptionem confirmare regulam casibus non exceptis, notum est, l. quæritur. 12. §. denique Neratius. 43. vbi Bartolus, ff. de instruct. & iustitiam legat. Nouell. 2. cap. secundo. Accedit præterea euidens ratio; quandoquidem t. idem potissimum actus extranei in testamento conueniendi prohibentur, ne testator ab officio testandi, & conuenienti deiberatione, quam res illa exigat auocetur. Hoc autem incommodi vitari nequitiam potest, si contra ctus temere interponantur.

Huic (quam, & ego veriore censeo) assertioni primo non obstat t. l. non est mirum 26. ff. de pignoratit. act. vbi traditur, pignus testamenti constitui posse. Hoc enim sic accipiendum est; Testatorem voluntatem suam de pignore alicui constituto do, in testamento declarare, & heredi suo necessitatem pignoris constituendi imponere posse. Secundum quam interpretationem contractus pignoris testamento non celebratur; sed testatoris tantummodo voluntas vltima, de pignore constituendo declaratur.

Secundo t. non obstat assignare. ff. de assignand. libert. vbi respondetur, assignationem liberti per testamentum fieri posse. Hæc namque assignatio non potest contractus; cum nihil negotium eo, cui etiam libertus potest assignari, testator gerat; sed voluntatem dumtaxat suam sine contractu exponat. Sicuti etenim patronum de suis bonis inter liberos disponere: ita etiam inter liberos disponere: ita etiam liberos vni adimere, & alteri assignare, vel nutu potest. l. i. §. assignare, ff. eod. tit.

Tertio non t. obstat, cum pater 77. §. filius. 23. ff. de legat. 2. vbi testator iureiurando heredem adstringere potest, ut aliquid faciat. Quoniam iuramentum non inter contractus refertur; sed religiofa affirmatio, seu declaratio voluntatis inuocatione diuini nominis confirmata censetur, ut latius explicauimus ad princ. tit. Inst. de pena temere litigant. nu. 9. & seqq.

Quarto non t. obstat. l. 2. §. primo, ff. de verborum obligationibus, vbi media impertinentia non impediunt stipulationem;

QVÆSTIO LXXVI.

SVMARIA. Ex Claro.

- 1 Testatoris voluntas ante omnia attendi debet.
- 2 Et quid in fideicommissis.
- 3 Et quid in alijs substitutionibus.
- 4 Vbi clare non apparet de mente testatoris, verbis est inherendum.
- 5 Vna pars testamenti per aliam declaratur.
- 6 Verbu æquiuocum positum in vna parte testam. debet interpretari prout reperitur clare positum in alia parte testamenti.

ac proinde nec vitari debet testamentum, aliquo extraneo actu interueniente. Nam hic legis istius sensus est, quod si præiens inter rogauerit, mox discesserit, ipsique paulo post reuerio responsum sit, obligationem contrahi, nec interuallum medium eam vitare. Quod tamen in ea exaudiendo est: ut interuallum isto intermedio nullum negotium extraneum, & a stipulatione alienum fuerit susceptum, aut peractum. l. si ex duobus. 22. in fin. princ. ff. de duob. reis consiliu ten.

Quinto t. non obstat. l. quæ extrinsecus 65. ff. de verborum obligationibus, vbi bec verba (arma, virumque cano) inter ipsam interrogationem, & responsum interposita, non intant stipulationem, nec cum eius negotio quicquam commune habet; cum tamen, & stipulationis actus continuus esse debeat, l. continuus. 137. in princip. ff. dict. tit. Etenim in dict. l. 65. non interuenit actus aliquis extraneus inter interrogationem, & promissionem: sed interiecta sunt tantum verba quædam ad rem, ac negotium præfens nihil pertinentia. Alias sane in stipulatione si promissor, priusquam respondeat, ad alia negotia discesserit, licet illis peractis responderit, nihil omnino actum intelligitur, dicta lege si ex duobus. 12. ff. de duobus reis constituendis.

Sexto non t. obstat l. testamentum. 17. C. de testam. ex qua patet, quod actus superflui, aut extranei in testamento interueniens, testamentum vitare non debeat. Quandoquidem Impm. Arcadius, & Honorius ibi non de actu aliquo extraneo, & a testamento alieno, sed de cautela superflua, ipsium testamenti negotium concernente, loquuntur.

Septimo non t. obstat l. etiam si quærela, 11. ff. de inofficio. testam. ex qua colligitur, mortis causa donationem testamento fieri posse; cum tamen hæc donatio consentum eius, cui donatur, requirere, adeoque aliena esse a testamento videatur: l. inter mortis. 38. ff. de mortis caus. donationibus. Quia respon detur: donationem illam respiciet etiam ad id, quod quis post mortem suam fieri velit: ac proinde non planè a testamento alienam: hodieque legatis per omnia exæquatam esse. l. illud generaliter. 37. ff. dict. tit. l. vltim. C. de donation. caus. mortis. Quemadmodum ergo legata in testamento relinquuntur, nec vitant testamentum: ita quoque donatio mortis causa testamento fieri potest.

Octauo non t. obstat l. cum quis decedens. 37. §. codicillis. 5. ff. de legat. 3. vbi de potiti conuactus ponitur in testamento celebratus. Nam in codicillis, de quibus lex illa loquitur, non est contractum depositum: sed de illo, quod iam antea contractum fuit, cautur in codicillis, ut restituatur ei, cui ex dispositi conuentioni fuit restituendum. Tamen alij respondeant: legem illam expresse loqui de codicillis: nos verò de testamentis: non autem eadem in codicillis obseruari solemnia, quæ in testamento desiderantur. §. vltim. Inst. de codicill.

Nono haud t. obstat Nouell. 107. cap. 1. vbi diuisio in testamento patris inter liberos fieri potest. Atqui diuisio emptionis vicem obrinet. l. i. C. communia vtriusque iudicij, &c. Respon detur enim: patrem diuidendo res suas inter liberos non contrahere, (sed potius voluntatem suam declarare, ut perspicue indicat text. d. Nouell. 107. cap. 1.

Ceterum t. diuisio, in quibus cum emptione conueniat, & in quibus ab ea differat, dilucidè explicat Richardus in dict. l. 1. Cod. commun. vtriusque iudic. numero quinto, & sequentibus. Reliqua, communis opinionis argumenta, refutauimus in §. sed cum paulatim. 3. Institut. de testam. ordinand. nu. 9. & seqq. Harpr.

- 7 Et quid si in vna substitutione testator mentione fecerit de filijs masculis, in alia vero simpliciter tantum de filiis.
- 8 Et nunquid hæc regula locum habeat etiam de vno testamento ad aliud.
- 9 Testator in dubio censetur velle minus grauare heredem, quam fieri possit.
- 10 Dispositio testatoris facta in vnum casum, non extenditur ad alium.
- 11 In dubio mens testatoris præsumitur conformis dispositioni iuris communis.
- 12 Et vbi ad ius statutum præsumitur conformis dispositioni statutorum.
- 13 Dispositio testatoris facta de personis, quæ sibi ab intestato succede-

- cedere possent, intelligitur facta eo modo, & ordine, quo de iure ad successionem vocentur.
- 14 Testator substituens proximiores an censetur vocasse proximiores vltimi decedentis, an ipsius testatoris. Ex Additionibus.
- 1 Quatenus expressa testatoris voluntas spectanda.

ADDITIONES.

QVÆST. LXXVI.

**V**oluntate.] Adde, ut voluntas testatoris attendatur, quod a proprietate verborum receditur, Bartol. & alij in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. & nota, quod voluntas hominis consistit in verbis, sicut facies in speculo, per Crau. in consil. 35. col. 2. Giach.

**Controuerti.]** Hic nota, quod voluntas testatoris declaratur etiam ex testamento reuocato, per Crau. in consil. 113. in fin. Item vbi est dubia debet interpretari ex eo, quod est verisimilius, per eundem col. 15. nu. 25. Giac.

**Voluntas.]** Dic, quia voluntas testatoris totum facit, leg. ex facto, la grande, ff. de her. instit. Et dicit Imperator in l. 3. C. de liber. præter. quod cum appareat de mente testatoris, verborum interpretatio nullquam tantum valet ut melior sensu existat. Et expressa facta cessare tacitam, per Caph. consil. 158. num. 15. Giach.

**Non solum attendenda est testatoris voluntas expressa, sed etiam illa, quæ ex coniecturis colligitur.]** Quod pronunciatum intelligendum est, ut t. procedat, nisi voluntas testatoris fuerit expressa per verba penitus inepta, & incongrua. Si tamen mens testatoris ex præcedenti dispositione testatoris appareat: illa spectanda est, licet per verba inepta posita fuerit expressa. Ita, post Socinum sen. in l. in ambiguo. 3. num. 7. ff. de reb. dub. & alios, tradunt Michael Graffus lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 76. num. 3. & Franciscus Mantica in tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. nu. 17. Quo in titulo quemadmodum testatoris voluntas obseruari debeat, copiose, ac dilucide exponit Harpr.

**Fideicommissis.]** Ad idem etiam adde, ut per Ioan. Caph. in consil. 134.

**D**iximus de potestate testatoris: nunc de eius voluntate a videndum est. In hac autem materia, cum præcedentibus §§. præsertim, vbi de substitutionibus, & fideicommissis tractatum est, multa iam a nobis explicata sint, hoc loco breuiter (præmissis nonnullis conclusionibus) duas tantum quæstiones attingemus.

**In vltimis voluntatibus, vbi cumque de aliqua re controuertitur contingat, semper, & ante omnia ipsius testatoris voluntas attendi debet.** leg. non aliter. ff. de leg. 3. cum siml. & est communis reg. ut attestatur Paris. consil. 41. num. 15. lib. 2. & consil. 52. num. 6. eod. vol. & consil. 78. num. 16. eod. vol. & consil. 90. nu. 10. eod. volum. & consil. 23. num. 9. lib. 3. & consil. 25. num. 31. eod. vol. & consil. 53. num. 10. eod. vol. & hanc regulam dicit esse ab omnibus approbatam Socin. iun. consil. 110. num. 10. lib. 3. Adde, quod non solum attendenda est testatoris voluntas expressa (hoc enim absque dubio procedit, ut dixi supra quæst. 6.) sed etiam illa, quæ ex coniecturis colligitur. l. cum proponatur, in fin. ff. de lega. 2. cum sim. & est communis reg. ut dicit Dec. in l. 1. post num. 4. C. de collatio.

**Idque maxime in fideicommissis locum habet.** In illis. n. licet voluntas testatoris ex verbis expressis colligi non possit, sed tantum ex coniecturis: illa tamen attendenda est, adeo plerumque propter coniecturam mentem testatoris a vi, & proprietate verborum sit recedendum. l. heredes mei. §. cum ita. cum ibi nota. ff. ad Trebell. & est communis conclusio, ut dicit Paris. consil. 43. num. 24. lib. 2. & consil. 75. num. 50. eod. volum. & consil. 17. numer. 17. lib. 2. & consil. 25. num. 35. eod. vol. Quinimò fideicommissa ipsa ampliantur, restringuntur,

extenduntur, declarantur, & limitantur per rationem, & causam, propter quam testator motus fuit ad fideicommissum ita faciendum, adeo ut talis ratio, & causa potius attendi debeat, quam verba expressa. leg. cum pater. §. dulcissimis, vbi nota. ff. de leg. 2. & est communis conclusio, ut dicit Paris. consil. 6. num. 20. lib. 3. & consil. 18. num. 21. eod. volum. & consil. 25. num. 29. eod. vol. & coniecturata mens testatoris in fideicommissis adeo potens est, ut plerumque operetur, quod aliqui admittantur, qui alias non admitterentur, & aliqui excludantur, qui alias non excluderentur, & est communis regula, ut dicit Curt. iun. consil. 57. num. 6.

**In alijs tamen substitutionibus, si quæ in testamentis factæ sunt, hæc conclusio non ita absolute procedit: in eis enim vltra in illis contenta nihil est subaudiendum. Et hæc est communis reg. ut dicit Socin. iun. consil. 101. num. 3. lib. 1. maxime vbi de substitutione non extendenda, aut declaranda, sed inducenda ageretur: tunc enim non ita de facili coniecturas tacite mentis admittimus, sed illud fideicommissum, siue substitutio, quæ in testamento expressa non reperitur, non debet dici facta, & dicens contrarium debet illud ostendere. Et hæc est communis regula, ut dicit Socin. iun. consil. 176. nu. 8. lib. 2. & consil. 78. num. 4. lib. 3. In proposito huius conclusionis videnda sunt, quæ dixi supra §. substitutio.**

**Vbi clare non apparet, quæ sit mens testatoris, tunc inherendum est verbis ipsius, & hæc est communis conclusio, ut dicit Curt. iun. consil. 169. nu. 1. Ceterum si etiam verba ipsa dubia essent, ita ut colligi non posset, quæ mens testatoris fuisset: tunc ante omnia spectanda est ipsius testatoris consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est, præterea qualitas personarum, charitas, & necessitudo. Item, & ex præcedentibus, aut sequentibus verbis conijciendum est, quid testator senserit. Sunt verba Iurisconsil. in l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. Qui ordo à Iurisconsil. traditus ad inuestigandam mentem testatoris, formaliter, & præcise est obseruandus, ita ut prima coniectura præferatur secundæ, & sic successiue. Et hæc est communis opin. ut dicit Ias. in d. §. fin. numero 2. quod nota.**

num. 27. vbi dicit, quod voluntas potius quam verba inspicitur in fideicommissis, etiam si colligatur ex coniecturis, num. seq. Giach.

**Ex coniecturis.]** Adde, quod hodie ad ius antiquissimum tractatus de coniecturis vltimarum voluntatum, nec non de eorum interpretatione: Mantica, inquam, & de Pretis, qui sunt duo solemnes Modeni, quam formant, examinantque quæstiones plene, & eleganter: istos videto. Giach.

**Ipsius testatoris consuetudo.]** Quin etiam ex verisimili videntur opinione colligitur mens testatoris. l. quoniam. C. de na. li. Crau. consil. 96. 155. 145. ex priuata scriptura testatoris. Dil. de arte testam. tit. 6. caut. 66. las. in leg. qui filius. num. 5. ff. de leg. 1. ex actu, vel à principio inualido, vel ex post facto inualido, leg. fin. de bon. eod. Dec. consil. 176. Paris. consil. 7. vol. 3. Socin. iun. consil. 122. nu. 15. vol. 3. & consil. 49. nu. 14. vol. 4. ex consiliorum testamenti declaratione, Ang. & Imol. l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. ex hæredis declaratione, Tiraq. de retr. nu. §. 2. gloss. 2. nu. 4. Butl. consil. 28. nu. 11. ex vnius testis minus legitime recepti depositione. Socin. iun. consil. 57. num. 5. & 6. vol. 4. Gouean.

Vna